

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ

*Vitam & Merita M. ISAACI B.*

*ROTHOVII,*

*Episcopi q. Aboënsis,*

Exposituræ

*Particulam Vitam*

*Consensu Facult. Theol. in Reg. Acad. Ab.*

*Publicæ disquisitioni subjiciunt*

*Mag. JACOBUS TENGSTRÖM,*

S. S. Theol. Prof. Reg. & Ord. Acad. h. t. Rector,

& Respondens

*CAROLUS HENRICUS BERGROTH,*

Stip. Reg. Borea - Feno.

In Auditorio Majori die 14 Decembr. 1799.

*Horis a. m. consuetis.*

---

A B O Æ

In Officina FRENCKELLIANA,

J.

## THESES RESPONDENTIS.

### Thef. I.

**Q**uamvis ii minime simus, qui scientificam, solidam atque subtilem improbemus Theologiae Revelatae tractandæ methodum; simul tamen contendimus, genuinum handquaquam decere Theologum soli Religionis Theoriæ condendæ atque adornandæ eo pertinaci inihiare studio, ut praxin ejus genuinamque in animis hominum emendandis vim plene negligat.

**Thef. II.** Est itaque accuratum *Theologie Moralis* studium cuique Religionis & salutis humanæ amico quam maxime commendandum; neque culpa vacui sunt plerique antiquorum temporum in Ecclesia Christiana Doctores, quod in finiendis dogmatibus bellisque gerendis Theologicis omnem adeo posuerint operam, ut oblii fere sint esse divæ nostræ Religionis Scientiam præprimis in vitam transferendam, veramque pietatem omni Orthodoxiæ laude atque celebritate multo esse superiorem.

**Thef. III.** Esse hominem corruptum, sensuumque & cupiditatum ita obnoxium imperio, ut rationi nonnisi raro & invitus quasi pareat, ad virtus quævis primum & proclivem, hebetem vero tardumque ad ea intelligenda, adamanda & exercenda quæ bona sunt, emendationis itaque & meliorum notitiarum quam maxime indigum, non solum Scriptura Sacra, verum etiam tristis omnium temporum confirmat experientia.

**Thef. IV.** Iniquas tamen nimis eorum esse querelas putamus, qui homini, jam per peccatum infelici, nihil boni & perfecti, quodque similitudinem optimi Creatoris referat, inesse statuunt, cum teneat adhuc dum intellectus, imprimis si accurata institutione exercitatus fuerit, viuera a falsis, bona a malis secernendi, & in pessimis etiam hominibus quædam bonarum propensionum indicia aliquando reperire liceat.

**Thef. V.** Supereft etiam in homine corrupto liberum quoddam arbitrium, ita ut auxilia Gratiae Divinæ vel ultro apprehendere & ius suos convertere, vel ea etiam respiciere valeat, adeoque non nolens volens, sed libere & destinato consilio ad suam feratur emendationem.

a. 1625 perjurii cujusdam in Dicasterio Aboënsi accusatus, officio ad tempus privatus erat, (\*) jam vero restitutus in illo administrando perrexit; quare nec ipsum senem diuturnisque in Schola enervatum laboribus loco deturbare voluit Consistorium, *Stodio* veniam tantummodo in Schola interdum prælegendi concedens. (\*\*) Hunc jam tum sacris Ordinibus initiatum fuisse crederes, cum d. 28 Aug. ejusdem anni Consistorium ipsum ablegaret ad Ecclesiam in *Hvit-tis*.

## I

## tis

(\*) Exhibuerat quippe cum IV aliis Sacerdotibus juramentum quoddam purgatorium pro innocentia Pastoris Wehmöenlis *Zachariæ Jacobi*, adulterii accusati, cuius criminis hic tamen postea convictus & capitis damnatus est. Causæ hujus teterimæ summam exhibent *Protoc. Dicasterii Reg. Ab.* d. 27 Jan. & 26 - 28 Febr. a. 1625. in quibus Actis vocatur *Sigfridus: Under-Scholmästare.*

(\*\*) Begerade dock *M. Martinus*, at han må proponera någon lexा i Skolan, det bonom bleff effterlåtit (ex *Protoc. Conf. Ab.* a. 1627 d. 20 Jun.) sustinendo forte vices *Sigfridi*, quare & in dedicatione sæpius commemoratæ Dissertationis *Rotbovianæ* jam a. 1628 *Corrector Scholæ Aboënsis* vocatur. — Deest uterque tam *Sigfridus Henrici*, quam *Stodius*, in catalogo Correctorum Scholæ Aboënsis, quem exhibent *Åbo Tidn.* 1772, p. 125 seqq. Cfr. Cl. *Alopæi Hist. Litt. Fenn.* p. 37 & 38. quo posteriori loco tamen corrigenda sunt quibus asserit *Correctores usque ad conditum Gymnasium Capitulares fuisse*, cum Acta quæ supersunt horum temporum, a nobis accurate examinata, huic aserto haud favent.

tis Dom. XIV. p. Trinit. graviter reprehendendam, noxiosque, qui Pastorem Timotheum in templo cædibus adorti, eum vi foras extrusserant, postquam ci-vilem pænam jam subierant, absolvendos. A. 1630 d. 30 Maji confirmationem regiam de munere quodam (Correctoris forte?) in Schola Aboënsi obtinendo iterum consecutus est. (\*) Cum vero Schola hæcce non ita multo post in Pædagogiam abiret, hinc ad Rectoratum Scholæ Wiburgensis translatus est. (\*\*) A.

(\*) In Registr. Arch. Regni a. 1630. fol. 275. vers. hæc leguntur: *Samma dagb (d. 30 Maji) fick M. Martinus Stodius confirmation på Åbo Skolestuga.* Plura de ipso hic locus non habet.

(\*\*) Quo anno hoc factum sit, acta quæ nobis pervia fuere ejus ævi reticent. Hoc tamen officio ipsum adhuc a. 1633 funetum fuisse docent litteræ, (quarum autographon prostat in Collectione Cel. Prof. Portban,) quas d. 30 Aug. ejusdem anni ad quendam *Johannem Vluiki*, Pastorem in *Ivanograd*, dederat, in quibus audit: *Abo Wiburgensis Scholæ Rector.* Eodem vero anno eum in Gymnasio Aboënsi Linguae Græcae Lectorem designatum fuisse patet ex jam laudata ejus Dissertatione de *Libero Arbitrio*, quam in Synode anniversaria Aboënsi a. 1633 defenderat, in cuius rubro se *Græcae Linguæ Lectores Aboënses* appellat. Dicaverat hanc Dislertationem R. S. & Gubernatori Gen. Finlandiae *Gabrieli Oxensierna*, a quo se *beneficia pæne divina* percepisse profitetur inde a quo ille a. 1631 ad gubernacula provinciæ hujus federe cœperat, ex eo enim tempore, ait, *G. V. M. me jam bina vice conservavit, dignitatemque atque officium meum reddidit mihi, meque ad nihilum quasi redactum*

A. 1633 Lector Linguæ Græcæ erat in Gymnasio Aboënsi. A. 1635 Rector ejusdem Gymnasi, (\*) & a. 1636 successor constitutus Forthelii in secunda Lectione Theologica, diplomate regio d. 5 Julii ejusdem anni; (\*\*) quod cum Consistorio offerret Stodius d. 13

I 2

Aug.

pæne ab interitu vindicavit. Quorsum hæc tendant haud intelligimus. Videtur, quasi invito Consistorio, novo suo muneri, regio forte nutu atque arbitrio, adnotus fuisse? — Observavimus jam supra Græcæ docendæ Linguæ singularem quandam Lectorem in primis Constitutionibus Gymnasi Ab. dicatum non fuisse, inferioris vero s. 2:di Theologi fuisse Græcas quoque tradere Literas, quare extra ordinem omnino Lectorum numero Stodius adscriptus est, partes forte peracturus jam seneccentis 2:di Theologi Florini? Secundam vero Theologiae Lectionem etiam *Linguæ Græcæ Lectionem* interdum dictam fuisse vel inde patet, quod *Wexionius* in *Natalibus Acad. Aboënsis* dicat *Stodium*, Græcæ Linguæ in Gymnasio Aboënsi Lectorem, Professioni Linguarum Academicæ præfectum fuisse, cum tamen hoc tempore 2:dus in Gymnasio esset Theologus.

(\*) Quod ex litteris ejus appareat III Iduum Sextilis a. 1635 ad Pastorem *Mattbiam* in *Hammarland* misis, quibus subscripsit: *Martinus Heinricus Stodius, Regii Gymnasi Aboënsis p. t. Rector.* Henrici nomine, quo hic utitur, rarius in hujus ævi monumentis insigniri solet.

(\*\*) *Wij Christina &c. göre mitterligit, at efter som M. Ericus Mattbie Bothniensis, som för detta baffuer varit Lector Theologiæ utbi Åbo Gymnasio, är förordnad til Kyrkoberde utbi Pedersöre Söchn i Österbotttn, och Wij icke destomindre vecke at samma Lector Theologi-*

Aug. Lundensis Ecclesia ei simul decreta est. --- In  
nova Academia Aboensi a. 1640 Hebr. & Græ-  
cæ Lingg. Profesor, (\*) a. 1646 Academiæ Re-  
ctor

ea så håreffter som här till skall blifua vidb mächt bol-  
len; Så emedan Oss breffvijse M. Martinus Stodius  
är aff Episcopo Aboensi recommenderad dertill nog samt  
beqvåmb och skickelig vara, Dy haffue Wij bonom till  
Theologiae Lectorum uti b:te M. Erici Matthiæ stelle  
dersammastådes velat förordna. Och skall han, näst den  
underdåliga trobeet och plicht han Oss och Sveriges  
Chrono är skyldig at bevijsa, därrom håra omsorg och  
åbaga, att hans Discipler utbi den Faculteten, sampt  
alle Christelige dygder och oförargeligt lefverne, troo-  
ligen och fljteligen måge instruerade blifua. Och på  
det han samme sitt ombetrodde kalt och åmbethe så myc-  
ket bättre må kunna förestå, Dy unne och efterlätthe  
Wij bonom alle dee vilkor och lägenheeter, som hans  
Antecesor på sitt Åmbetes vågnar för bonom hafft och  
vjutit haffuer. Dår alle &c.

G. G. Oxenstierna. J. De la Gardie. C. Gyllenhjelm.  
P. Brahe. G. Oxenstierna.

(Ex Registr. Arch. R. Öpedt bref för M. Martino Sto-  
dio, at vara Lector Theologiae uti Åbo Gymnasio.  
Stockholm d. 5 Jul. 1636.)

(\*) Ipsum primo intervallo Academicō Græcam Grammati-  
cam una cum praxi proposuisse, ex Proctoc. Confis.  
Acad. d. 8 Sept. ejusdem anni didicimus. In Elenco  
vero Praelectionum publicarum a. 1649, se a Gen. X.  
cum Hebræis, & a 2 Cor. X. cum Græcis continuatu-  
rum indicit, addito ad imitationem utriusque linguæ  
exercitio styli, cum in prosa, tum in ligata oratione,

ctor, (⁹) quo munere etiam annis 1651 & 1658 per-  
I 3 fun-

*pro captu quidem Auditorum.* Loquacem nimis fuisse, neque brevi & compendiaria, qua oportet, in lectionibus suis usum fuisse docendi methodo Acta testantur, quare & coram Protocollo d. 15 Oct. a. 1645, admonitus est ut parergis & inani prolixitate abstineret.

(⁹) Hoc cum primum fungeretur officio, tam Diœcœseos quam Academiæ Aboënsis nomine, versus finein a. 1646 ad Comitia Holmensia, cum novo instante anno inchoanda, delegatus est, qua ipsa vero sibi imposita persona in magnam offensionem & Acad. Cancellarii *P. Brabe*, & præprimis Collegæ Theol. Profesoris *Job. Terseri* incurrit, qui, cum eodem tempore negotia varia commodaque procuraturus Academiæ, in oris Svetlicis versatur, ultro operam suam etiam in futuris obeundis Comitiis Patribus Academicis obtulit. *Imprimis*, verba ejus sunt in Litteris Upsalia d. 23 Nov. a. 1646 ad Conſistorium Acad. misſis, *inſtructionem a Vobis exſpecto*, ſeu plenipotentiam ad futura Regni Comitia, ut quid a me präſtari velitis mature cognofcam; nam huic mune- ri utriusque Cancellarii (ſcil. Petri Brahe & Axelii Oxenſtiena) suffragio deſtinatum me eſſe in prioribus meis litteris ſignificavi. De veftro ſuffragio non dubito, cum ordo ad me devolvatur. Cum vero provincia hæcce nihilominus Stodio, ſuafu inprimis atque auctoritate Epifcopi Rothovii, cederet, Stodiusque huic vocationi obtemperaturus, Holmiam ſtato tempore peteret, parum abſuit quin infectis rebus domum reverti cogeretur, cum diſpliceret valde Cancellario hæcce Rectoris Magnifici ab Academia abſentia. Tandem vero res ita composita eſt, ut tam Stodio quam Tersero locus in Comitiis concederetur, aſſignato utrique æquali ſoliti ſalarii Comitia-

functus est) atque 1652 post E. Petraeum, dignitate E-  
pisco-

lis portione; quod vel ex sequentibus *Cancellarii & Terseri*, in Archivo Consistorii Acad. servatis Litteris amplius patebit. Ita vero ille ad Episcopum Rothovium d. 9 Apr. 1647: *Wij kunne E. Årev:t bermedb ej o- hemält lätha, att emedhan aff Oss, så väl som Regni Consistorio, för serdeles orsaker skull, är nödhvändigt befunnit, at inställa för ordinario Herredagsman ibland Prästerskapet aff Åbo Stift och förordna M. Jobannem Elai Terserum, tilljika medb Eder Utbäckade Magnifiso Rectore M. Martino Stodio; Altstå är skåligt och Vår vänlige begeran, at E. Årev:t ville så disponera och laga, att dbe Penningar, som til Herredags Prästernas underhåld af Stiftet åro opburne och sammanhåmtade, mā halffparten M. Stodio, och andre halffarten M. Tersero tildeelt blifva.* Det är ingestådes brukeligt, at Rectore *Magnificus*, som vidb Academien stådze vara böör, och sit Embete utbi acht hålla, skulle derifrån någorstådes en mijl vägb, myckit mindre på sådana reesor och värff hortskickas. Och måste en annan gångb sådant utbi bettre consideration tagas, så frampt man all repoterligh och vedberbörligh respect hoos andre Academier, Sampt een och annan, skall kunna utbi æfsume och vyrde hålla. — *Terserum* itidem ægro animo hanc *Stodii* electionem tulisse sequentia ad Consistorium Acad. Holmiæ d. 5 Febr. 1647 data comprobant: *Cum ad prescriptum Comitiorum diem rediissem Holmiam, & a Rectore Magnifico comperiissem, mibi in Comitiis nullum prorsus relictum esse locum, nonnihil ægre ferebam pro fideli opera hanc mibi relatam esse gratiam. Dolorem augebat Rector, cum magna asseveratione per- biberet Collegarum nullum me in ferendis votis ne no-*

piscopali Aboënsi ornatum, Theologiæ Professor constitutus est. (\*) Cum Nic. Nycopensis Episcopatui Wiburgensi præficeretur, huic in 2:da Theologiæ Professione suc-

minasse quidem. Ego tamen, qui animos meorum videor propemodum perspexisse, ipsi, licet jurato, dero-  
gabam fidem, suspicans solius Episcopi banc esse technam. Sed misitandam banc injuriam tutius esse re-  
bar, quam palam proferri me a meis ita ludibrio babe-  
ri atque contemni. Itaque Academiæ Cancellarium adii, rogans ne diuturnam absentiam mibi vitio verteret,  
daretque potestatem domum actutum eundi, ut ibi offi-  
cii partes obirem, cum hic nihil sit quod agam. Can-  
cellarius, cui tota hæc res jam tum innotuerat, elec-  
tionem M. Stodii ad Comitia, quæ cum mea exclusione  
facta est, in totum improbavit. Itaque missò ad Colle-  
gium Episcoporum nuncio, rogat ut banc rem deliberan-  
dam suscipiant. Cumque Rector in frequenti Consisto-  
rio causam dicere jussus, cur in electione præteribar,  
nullam proferre potuisset, nisi quia ita videbatur Epi-  
scopo, fit decretum, ut ego Ordinarius in Comitiis &  
Consistorio Assessor agnoscerer, Rector vero pecuniae di-  
midium mibi penderet ea conditione, ut ex collecta re-  
sarciretur, quod utrique deesset, idque si exsequi recu-  
saret, domum reverti liceret ad rei Academicæ admini-  
strationem. Atque sic improbata Episcopi sententia, pu-  
blico totius Collegii Episcoporum suffragio, Comitio-  
rum Assessor nomine Academiæ & Episcopatus Aboën-  
sis, una cum Magnifice Rector, proclamor. Etc. &c.

(\*) Erant in electione cum Stodio a Consistorio Acad.  
relati M. Simon Kexlerus, Math. Professor, & M. Sam.  
Haartman, Eloqu., Professor.

succesit a. 1658, cui vero muneri a. 1660 renuntiavit, (\*) cum jam laboribus, adverbis variis senioque confectus pæne eset, & ad Ecclesiam Nådendalensem, quam ex gratia regia per reliquum vitæ ab omnibus  
one-

---

(\*) A. 1660 d. 28 Jun. Consistorio & Collegis valedixit, quorum concordibus suffragijs ad finem anni currentis sacerdicio suo Academico fruebatur. Præter hæc in optima forma d. 4 Jul. 1660 Regiæ Majestati commendatus est, quippe qui tam in Schola & Gymnasio, quam in Academia jam per XX annos, stipendia meruerat, och hela den tijden låtit påskjna merkelig fligt i sit Embetbe, såsom ock delsförutban sigb oprichtigt och väl i dagligt omgånge emot sina Collegæ förhållit, simulque solemniter decretum, quod semper & nomen & honores Theologie Professoris Emeriti ei competenterent. — Succesit ei in 2:da Theologica Professione M. Abr. Thauvonius; 3:tiā vero post hunc obinuit antehac Eloqu. Profesor celebris ille M. Enev. Svenonius, de quo Protoc. Consistorii Acad. d. 28 Jun. a. 1660, hæc habet: *Försäkrade M. Svenonius, att han ej stått efter Affinis lågenhet, utan at Affinis sjelf önskat sin dimission.* Annexam vero Nådendal impetravit gener ejus Phys. Profesor M. Andr. Petræus, diplomate regio d. 3 Apr. a. 1676, invito tamen Consistorio Ecclesiastico, cuius nutu & Confirmatione d. 19 Apr. ejusdem anni data 2:duis Theol. Prof. Doct. Petrus Bång eidem Ecclesiæ præfектus erat, officioque & redditibus sibi delatis jam fungi cœperat, cum Petræo Holmia mense Julii reduci Litterisque regiis munito, provinciam hancce, magna cum sua & Collegarum indignatione, cedere cogeretur, unde longæ & acerbissimæ animorum enatæ disensiones, rei Academico litterariæ diu multumque noxiæ.

oneribus tributisque immunem, retinuit, (\*) tanquam in portum se recepit; supremam tandem & tutissimam quietem in morte, qua placide a. 1675 ibidem obdormivit, anno ætatis octogesimo quinto, inveniens.

Quænam ejus de S. S. Bibliis in Linguam Fennicam transferendis fuerint merita, infra pluribus re-censemus. Quoniam vero de cetero mores fataque viri hujus, Necromantiæ variarumque artium pæne diabolicarum olim suspecti & accusati, valde fuerint peculiaria & insolita, non possumus, postquam jam mentio ejus incidit, quin ex Actis coævis quædam huc pertinentia Lectorum subjiciamus oculis & judicio.

Erat ejus seculi genius credula levitate indulgere variis absurdis anilibusque commentis de Dæmonum in homines & res humanas imperio, quorum

## K

qui

(\*) Cfr. Litt. Cancell. *P. Brabe* d. 22 Mart. a. 1661. — A. 1664 Regiam Majestatem supplex adiit *Stodius*, de augmento quodam annuorum suorum redditum; repulsam vero tulisse didicimus ex *Resol. på Åbo Stifts Postulater* d. 1 Sept. a. 1664 (in Archivo Conf. Eccl. Ab.) hac nempe addita ratione: *Efter ban medb de vilkor ban hade, kunde komma til rätta, och ban med et godt Pförat är vorden försedd.* Tenuisse eum infuper ex gratia Regiae Majestatis inde ab a. 1659 prædium quoddam rusticum in parœcia *St. Mariæ* & pago *Hallis*, (villam fortassis *Greula*, cum reliquæ due Magistratui Civitatis subsint?) ex Rationibus Cameræ Publicæ hujus ævi constat.

qui familiari uterentur commercio & auxiliis, scien-  
tias quasdam artesque callere putabantur occultas,  
quarum ope præstigias varias peragere, aliisque pro-  
lixe & prodesse & obesse posse. Qui supra vul-  
gus sapiebant, in primis vero qui accuratiori quadam  
insignes erant Chemiæ, Physicæ & Mathefæos cogni-  
tione, placitaque sua alios studiosius celabant, facile  
in Magiæ vel Necromantiæ suspicionem incurrebant,  
publicaque animadversione haud raro notati sunt,  
cum non solummodo vulgus & plebeji homines, ve-  
rum & reliqui pæne omnes, imo sapientiores &  
eximia clari eruditione, Cives, ævi sui decepti erro-  
ribus, superstitiosa hujusmodi secuti sint deliria, &  
mera calefcentis turbatæque phantasæ figmenta pro-  
immotis religiosisque veritatibus habuerint.

Iniqua hujuscemodi perversi seculi judicia & Sto-  
dius expertus est, quippe qui, præter exactam Lin-  
guarum Sacrarum peritiam, haud vulgarem sibi com-  
paraverat rerum naturalium scientiam, quam vero  
non nisi probatis & interiore familiaritate sibi junctis  
Discipulis tradere solebat, quo ipso imprudenter sa-  
tis egregiam suspicionum materiam obtrectatoribus  
præbuit, hosque arcana sua Disciplina quasi provo-  
cavit ad varia, quamvis fictitia, sibi inferenda crimina.

Causæ vero hujus Necromanticæ contra Sto-  
dium iterum iterumque actæ hæc quondam fuere ini-  
tia: (\*) Compererat Academiæ Pro-Cancellarius Ro-  
tho-

---

(\*) Attigit eam & Cel. Prof. Bilmark in Hist. Acad. Ab. p. 71.

*thovius* in Visitatione Episcopali a. 1644 per Nylandiam instituta, non minus vesanum quendam & mente perturbatum Studiosum *Ericum Michaëlis Kyrkslåttensem*, quam Parentes ejus, culpam dementiae, qua vexabatur infelix juvenis, in Stodium conjecisse, quo duce se arcana quasdam ad Academiam olim didicisse artes hic doluit, data Præceptoris jurata fide se per omnem vitam occulta servaturum, quæ ab ipso auditurus esset. (°) Aboam itaque redux Episcopus, Orthodoxiæ & famæ novæ Academiæ tuendæ studiosissimus, hæc Consistorio Academico accuratius examinanda detulit, in primis quoniam *Stodius* jam dudum artium variarum Magicarum commerciique cum Spiritu quodam familiari suspectus fuerat. (\*\*)

Has criminaciones a se amolitus non quidem negavit se sub sigillo silentii varia arcana dictum Studiosum *Nylandensem* docuisse, ne illis in vulgum te-

K 2

mere

(°) Hancce in Actis sæpius commemoratam obligationem typis exscriptam exhibet Arkenbolz Mem. de Christine, T. I. p. 328.

(\*\*) Emedan han för en rum tijdb sedan haffuer varitt i taal, och misstenkt at bafva Spiritum familiarem, och omgås medb Magiska saaker, såges och underfundom viftas i bergen, och igenom 3 bitar bafva ingifvit thenne Studiofo någon galenskap, habet Protocollum Consistorii Acad. d. 10 Apr. a. 1644. — Bleff ock här innom lyccta dörar vittnat af en troverdig man, det denne Studiosus Ericus haffuer skållt M. Martinum för en Siålamördare i hans egen närvarelse. Ibidem.

mere dispalatis insipientes & malevoli abuterentur;  
 Necromantica vero hæc minime fuisse, sed solis ad-  
 miniculis naturalibus efficienda, e. g. artem alumine  
 aqua soluto litteras in charta pingendi haud visibiles  
 nisi igni hæc admoveretur, vel aqua conspergeretur;  
 item scientiam ope vitri convexi ignem e cœlo evo-  
 candi; & quæ cetera fuere ejusdem generis nec su-  
 perstitiosa, nec cuiquam noxia. Cum itaque jura-  
 mento simul confirmaret *Stodius*, se neque commemo-  
 ratum & ab *Erico* sibi traditum chirographum consi-  
 gnasse, neque ullo modo vesaniæ ejus se causam es-  
 se, prætereaque omnibus constaret, ipsum nec sobrium  
 nec ebrium Collegis suis Magiæ tractandæ se unquam  
 fecisse suspectum, (\*) objecto sibi crimine concordi-  
 bus Confistorii suffragiis d. 13 Apr. a. 1644 solutus est;  
 cui sententiæ & Pro-Cancellarius, tum absens, in fe-  
 quente Confistorii sesione gratulabundus suum adje-  
 cit calculum. (\*\*) Hæsit

(\*) Occurrit de animi ejus indole moribusque in Protoc.  
 Confistorii d. 13 Apr. ejusdem anni hoc ingenuum omni-  
 no testimonium: *Alle aff Profesores, hvilka dageligh  
 omgånge medb bonom bafft baffva, och eljest i gelagb  
 eller annorstådes medb bonom discurererat, vethe thet be-  
 tyga och vittna, att thet aldrigb bafva merkt af bans  
 discuser, nöchter eller drucken, någon orsaak til sådant  
 misstanka, säsedt at man väl eljest fornimmer, thet  
 han är godbtrogen, gerna confererar medb andra ibland  
 nödborftige saaker ochså om sådane årender, hvilke  
 icke åre så bögndige, som eljest lustige och til tijdz  
 fördrijff tienlighet.*

(\*\*) Cfr. Protoc. Confist. Acad. d. 15 Apr. a. 1644,

Hæsit tamen aliquid, neque suspicionem sibi dum illatam unquam funditus delere valuit; quare & a. 1656 eadem cum ipso iterum in Consistorio agebatur fabula, ex occasione catusæ cujusdam similis in Dicasterio Aboënsi cum Lectore quodam Wib. M. Arvido Forstadio actæ, qui se a Stodio librum quendam cabbalisticum (*Cabbalam Michaëlis Paletz*), cuius lecti & apud se servati ille jam arguebatur, olim accepisse professus est. Re hinc ad Consistorium delata, Stodius iterum ad causam dicendam citatus se dictum librum, hæreditate sibi a patre relictum, Forstadio non puerō, sed Gradum jam meditanti, inspicendum dedisse ingenue professus est; se vero impia vel illicita arcana quemquam docuisse constanter negavit, quippe qui sola occulta Naturæ, methodo quamvis cryptica, optimo tamen consilio, Discipulis proposuerat, quo ipso se nil mali fecisse arbitratus est.

Causa tamen sua cecidit, crimenque accepti chirographi de reticendis quæ in Schola sua traditurus eset, cuius jam dudum sententia Consistorii absolutus erat, ei simul iterumque impactum; quas itaque ob causas & officio, & Consistorii sessionibus, & Academicis exercitiis, imo subsellio suo solito in Templo Cathedrali, remotus est, ex decreto Consistorii d. 17 Maji a. 1656. (\*)

K 3

Acqui-

---

(\*) Immitem hancce sententiam, qualem Acta hodie sicutunt;  
hic apponam: *Aldenstundh M. Martinus Stodius baffuer*

Acquievit placida mente senio curisque jam valde attritus *Stodius* iniquo huicce Collegarum suorum judicio. Cum vero ad Cancellarium Academiæ sententiam suam cognoscendam deferret Consistorium, eam optimo jure irritam omnino ille fecit, *Stodioque* male & dure habitu & officium & beneficia in integrum restituit, (°) quæ & salva retinuit & illibata ad

tagit en sådan obligation emot sitt embede, lånt utb een förargelig book, som han sjelf bekänner, derpå elacka effecta påföljt bafva, bar skaffat, läser, haffuer lust til sådana böcker, och derföre är kommen utbi uppenbara rycchte, och skaffat denne Academien elakt namn; ty suspenderes ban ifrån Consistorio, Academiske Exercitiis och Procesibus, så och sijn förre bänck i Kyrkian, ej heller skall han befatta sig medb Examina; Doch remitteras detta alt til Cancellarii Acad. vijdha-re betenkande oeb resolution. Cumque paulo post inter deliberandum de celebranda instanti annua Rectoratus Academicci mutatione sermo in *Stodium* incidisset, porro sanctum est, at ban må bjudas medb sceptris alle-na til måltijdben, och intet til Proceszionen; Præle-tionum vero publicarum Elencho nomen ejus nihilominus inferendum esse.

(°) Dignæ sunt hæ Cancellarii *P. Brabe* litteræ, quæ posteritatis tradantur memoriae: *Edert bref af d 20 Maji år Oss* väl tilbanda kommit, angående *M. Martinum Stodium*, som skall af *E. Erev:bet* och *Eder* för en Necromantisk bok vara citerad, förhörd och omfjder för-förbudhen at bijista Academiska Processer, gå i Professorum benck, och hålla sina vabnliga Academica Exercitia, derå *F Vår Resolution* vijdare förvânte; Så

ad a. 1660, quo anno, ut jam supra monuimus, va-  
cationem muneris denique & petiit & obtinuit.

Erat

aüldenstundb b:te M. Stodius är en gammal man, som  
bafver icke allenaft intill sin ålderdomsdagar medb be-  
röm förefatt Präceptoris och Präste embedet, utan och  
altijdb fördt et Gudfruchtigt, stilla och enfaldigt lef-  
verne; dertill medb är intet bevijfligit, at han bvar-  
ken sjelf sådane oläfliga böcker missbrukat, ej heller  
andre dertill styrkt och undervijst bafver; Fördenskuldb  
erbrachte Vlij skålilit, at mebrbete M. Stodius nu så-  
som tilförene vijdb sitt embete blifver, och sin förriga  
respect, åhra och frijbet, så väl som andre Professores  
erhåller, intill dess bonom medb vissa skåäl öfvertygas,  
at han Necromantiska böcker oeh Djefvulka konster, e-  
mot Gudb och Hans helga Ordb brukadt bafver. Be-  
langende det han en Cabalistisk book så lenge gömdt  
bafver, så kan det intet bafva at betyda; ty man skall  
själlan något stort Bibliothec finna, der icke sådane böc-  
ker åre; ej bör heller straxt beslutas, at den som en  
oläflig book åger, bafver benne missbrukat; eljest skul-  
le och bvar och en som någon kättersk book hos sigb  
baffuer, åfven på samma sätt straffas och fördömmas.  
— Till det andra: Oansedt han en Cabalistisk book e-  
nom androm i enfaldigheet communiceradt baffuer, är  
lijkväl intet öfvertygat, att han baffuer styrckt bonom  
til at bruка benne; Och så är M. Stodius saaklöös;  
men den som boken missbrukadt baffuer, må och skall  
sitt brått tilbörlien plichta. — Till det tredje: Hvad  
obligationen vijdbkommer, så är deraf till förnimma,  
att den benne gifvit baffuer, skulle af M. Stodio bliffua  
undervijst uthi sådane saaker, som vore hvarken Gudb,  
Hans Ords tjenare, eller någon annan Christen menni-

Erat vir mediocri omnino ingenio, memoria magis quam acumine pollens, pro temporum ratione satis eruditus, a Magistrorum vero potius quam suo pendens judicio, phantasiæ lusibus & superstitionibus seculi nimium quantum intentus, insueto parumque comto utens vivendi genere, famæ & vanæ gloriolæ ex arcana quadam Scientia captandæ avidus, de cetero vero pius, pacis ac concordiae studiosissimus, fraudis omnis atque simulationis expers, qui animi sensa candidus lingua expressit, plura vero saepe numero expressit, quam oportuit. (°)

No.

---

skja emot; ty och mången annan kundskap, såsom *Magia Naturalis*, *Chymia*, medb mehra sådant blifva af theras konstnärer in secreto båldne.— Sidst, det Academien för Necromantiska böcker utbi elakt roop kommen är, varder ingalunda dermedb remedieradt, at en Theologæ Profesor ifrån Academien för sådant förskjutes; utan beller där det skedde, skulle icke allenast Academien råka i större förächt, utan och något annat, som intet godt vore, derpå följa; Hvarföre är rådligast, at E. Ehrev:t och f godbe Herrar, bermedb aldeles tyftne, och all ting til det båsta utthyda, sålunda förtagandes missgymnaren all orsak och legenbeet til at Academien illa uthföra och försmådba. Wij befale m. m. Stockholm d. 20 Junii 1656.

Pehr Brahe.

(°) Talem, qualem jam leviter pinximus, suisce *Stodium* nostrum, ea quæ jam de ipso, ex monumentis temporum quibus vixit summatim annotavimus, satis superque